

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1719. usque ad annum 1720

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 22. Articulus IX. De afflictionibus, & Ecclesiæ ac Fidelium  
persecutionibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67659](#)

nis de-  
eritis v-  
m jung-  
r (u) qu-  
conveniat  
mnos in-  
quam O-  
n cum S-  
testant-  
Theodo-  
us, S. J-  
sum ide-  
pere com-  
duntaxat  
hac in  
disciplina  
at team cu-  
det: dan-  
eos, q-  
n, quo p-  
a confeso-  
tori  
97.  
ad Necc  
Theod.  
raft. 22.  
Cypr. Jen  
l. de 0  
c. 13, lib.  
c. 13,

toria proferuntur, damnandum esse, aut Sæc. XVIII.  
linqua tantum vulgari Missam celebrari A.C. 1720.  
debere.

§. XXII.

Articulus IX.

De afflictionibus & Ecclesiæ ac fide-  
lium persecutionibus.

Deus plerumque afflit, qui affligi  
promerentur, & afflictionum, quas  
Deus suis creaturis infert, plerumque  
a peccato seu originali seu actuali pro-  
veniunt, quandoque tamen & justos  
ad manifestandam suam gloriam, per  
ficiendam eorum virtutem & augenda  
merita afflit, uti Jobum, cæcum na-  
tum, Martyres & B. V. imo Christus  
tribulationes denuntiabat sequentibus  
eum (z).

Contra  
Prop. LXX.  
XCIV.  
XCV. XCVI  
XCVII.  
XCVIII.  
XCIX.

Non ergo afflictiones & persecutio-  
nes sunt certum signum, quod veritas  
& justitia propugnetur, etiam error  
æque ac veritas suos habet martyres,  
si Deus sæpe generosissimos fidei Pugi-  
les ad gratiæ suæ glorificationem per-  
secutoribus & tormentis tradidit, sæpe  
etiam suam justitiam demonstravit poe-  
nis, quibus obstinatos errorum defen-

Mm 2           fores

(z) Matth. c. 10. v. 17. Joan. c. 16. v. 2.

Sæc. XVIII. sores castigavit, ideo ait S. August.<sup>(a)</sup>  
A. C. 1720. *caussa, non pæna facit Martyrem.*

Deus permisit, ut sua Ecclesia nunc protegeretur, nunc a Principibus vexaretur: damnanda esset ignavia, Principibus cedere cum præjudicio veritatis, quam impugnant: non minus etiam damnandum & a Pontificibus datum esset vitium, Sacro Minister attribuere injustum dominatum, communem Pastorum prædicationem contemptui exponere, Principum potestatem exosam reddere, eosque depingere tanquam semper iustitiae & veritati adversantes.

### §. XXIII.

#### Articulus X.

#### *De Juramentis.*

*Contra Prop. C. CI.* Rarus quidem juramenti usus fit inter Christianos, permisus tandem est, dummodo juramentum fiat cum veritate, justitia & judicio: juramentum sanctitas violatur, & Ecclesiæ ejusdem auctoritati insultatur, si inter juramentum temeraria & illicita rejiciuntur ea, quae in variis occasionibus, præcipue in errorum aut librorum, qui erroribus factis

(a) Ennarr. in Ps. 2. n. 13. S. Cyprian. de unit. Eccl.